



**Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

XLI. Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62649)

exigentium instantia Regulam non pertinet: partim verò; quia Apostolorum statuas, vel imagines legans non duorum, sed omnium Apostolorum signa legasse præsumitur; quod verisimile sit, testatorem secutum communem modum loquendi, quod Apostolorum nomine, pluri numerò simpliciter prolato, denotari & intelligi omnes solent.

## REGULA XLI.

*Imputari non debet ei, per quem non fiat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.*

## SUMMARIUM.

1. *Explicatio verborum Regulae.*
2. *Ipsius sensus & exempla.*
3. *Firmatur ratione,*
4. *& de solutione objectorum.*

1. **P**er eum, quod minus aliquid faciat, vg, quod minus ad præfixum terminum in judicio compareat, non stare dicunt, cui quominus id faciat, obstat legitimum impedimentum, puta infirmitas, absentia in remoto loco, detentio in carcere, majoris momenti & dilationem non admittens negotium, hostium aut inimicorum, vias obsidentium infidiae, incommoditas tempestatis & simili quidpiam, quod removere non est in ipsius potestate. Vnde

2. *Propositæ Regulæ sensu est, Et qui, quod facere deberet, non facit, ad poenam & damnum imputari Jure nequit, si id facere propter obstat legitimum impedimentum non fuit in ejus potestate.* Hinc certè est, quod electoribus & collatoribus, quod minus prælatum eligant, vel beneficia conferant, justa causâ impe-

ditis trium aut sex mensium à Jure indulatum tempus non currat, c. *Ne pro def. Eu 41. de Elec. &c. Quia diversitatem s. de Concess. prob.* Simili modō, licet ad Ecclesiam parochiale promotus ad sacerdotalem Ordinem intra annum suscipiendum sub poena amissionis Ecclesiæ teneatur, penam tamen hanc non incurrit, quando ab illius susceptione justa causa vg. propter absentiam vel suspensio nem Episcopi fuit impeditus, c. *Commissa 39. de Elec. in 6. & beneficiatus à sacro ministerio impeditus infirmitate non amittit beneficium, c. 1. de Cleric. agro.* licet hoc propter officium sive sacram ministerium sit collatum, c. *fin de Rescript. in 6.* Hinc etiam legatarius, per quem non stetit, que minus impleretur conditio legatò adscripta, nihilominus legitum, l. *Quæ sub conditione 8. ff. de Condit. insit.* & servus, cui libertas restita, si heredi anno servierit, isto lapsu eam consequitur, quantumvis infirmitate aliave iustâ causâ à servitio sèpissim fuerit impeditus, l. *Cum heres. 4. §. 4. ff. de Statu liber.* Hinc demum, licet, quia sententia provocavit, appellacionem intra annum teneat prolequi, c. *Cum sit s. de Appellat.* eò tamen lapsu appellatio deserta non censetur, si, quod minus id ageret, legitime fuit impeditus, c. *Ex ratione 8. & Clement. Sicut 3. de Appellat.*

Ratio horum & ipsius Regulae est; quod sine culpa puniri & Jure suo privari nemo debeat, per *Regulam 23.* suprà declarata: in culpa autem non sit, cui id, quod debet, facere volenti, quod minus faceret, legitimum obstat legitimum impedimentum; ut proinde, eum puniri, aut damnò fatem notabili affici, non permittat ratio humanitatis, quæ semper excusat eum, per quem non sit, quod minus perficeret, quod suscepit: aut, quod alias deberet, susciperet faciendum.

Neque

Neque in contrariū facit; quod patrono laico, propter item super Juris patronatus quasi pofitione mota à clericis ad beneficiū præsentatione impedito, quadrimestre curreat; ut eō finito beneficium obnoxium sit libera Episcopi collationi, c. Quoniam 3. in fine &c. Cūm propter 27. de Jus repator. cūm; quia agitur de re modica, sive unico actu præsentationis fine præjudicio in futurum: tum verò; quia id contra communem Juris regulam introductum est favore Ecclesiastum, quibus diutina vacatio damnoſa; & animarum, quibus ea periculoſa eſſe ſoleat, c. Ne pro defēctu 4. de Elec. pr. ut Lib. 3. tit. 38. n. 93. eſt diſtum.

Minorem vim habet; quod, nead iudicium accederet, à privato impeditus, imò à publica potestate carcere detentus à legis poena non excusat, quin contra eum tanquam contumacem procedatur, Clement. Multorum 2. V. Illis, de Poenis, quia conſtituto hac V. cit. petit impeditos impedito affectato & procuratōne in Jure valeant comparare; qui utiq; legitime impeditus non eſt; cūm talis iſ ſoluūmodo dicatur, qui impeditum non potuit removere: non etiam, qui ad removendum ullam diligientiam non adhibuit, & multo minus, qui impeditum ipſe posuit, vel dolosè procuravit, Imola & Panormit in Clement. cit. cūm fraus ſua & dolus ipſis non debear patrocinari, contra Regulam, c. Ex tenore 15. de Refri. pt. Gl. Nec ex dolo 12. ff. de Dolo.

#### REGULA XLII.

*Accessorium naturam sequi con-*  
gruit Principalis.

1. Principale eſt, quod per ſe ſtat.
2. Accessorium aliq; quatuor modis eſſe potest.

3. Sensus & ratio Regule:
4. Quæ locum habet in legibus, reſcri-  
ptis ac judicis:
5. In contradictionibus & ultimis voluntatib-  
us:
6. In spiritualibus, & odiosis quoque.
7. Et cum accessorium principali digni-  
tus eſt:
8. Principale, accessorio corruente, ſubſi-  
ſtere potest.
9. Instantia contra Regulam, ex utro-  
que Jure petita,
10. Congruā explicatione cum ea conci-  
liantrur.

**P** Rincipalis & Accessorii nomina vā-  
rie à DD. & Jure etiam accipiuntur. Hoc loco principale cenſetur id, quod per ſe ſtat, ſive in  
propria virtute ſubſtitit; accessorium ve-  
rò, quod per ſe non ſubſtitit, ſed depen-  
denter ab alio, cui in eſt, vel accedit, ut  
colligitur ex c. Si ſuper 9. de Offic. deleg.  
in 6. Barbosa ad hanc. Reg. n. 11.

Accessoriū aliq; alteri quatuor  
modis eſſe potest: & Imprimis quidem  
ut rei ita inſit; ut hæc ſine ea inutilis redi-  
tatur: quod modō fundo accessoria ſunt  
inſtrumenta; cūm ſine his ille utilis eſt  
non poſſit. Cūm fundus 21. ff. de Fundo  
inſtr. leg. Deinde, ut eius pars seu por-  
tio quædam ſit: ſicut quæ fundo infixa  
eīque inadiftata, & domui adjunctus  
hortus accedit, l. cit. Gl. Prediſis 9. 1. §.  
§. ff. de Legat 3. Tertiò, ut ex natura  
rei vel ex legis diſpositione vel ex mente  
ac voluntate contrahentium aut aliter di-  
ſponentium alterum ſic comitetur; ut  
id ſemper ſequatur: quod modō valis au-  
reis & argenteis accessoria ſunt viſioris  
materiæ vāta, in quibus illa reponita ad-  
ſervantur. l. H̄eres 100. §. 3. & fin. ff. de  
Legat. 3. Demum, ut unum ab altero  
pendeat tanquam ejus effectus aut conie-  
kkkk  
quens ad